

nari, Premonstratensis ordinis, Halberstadensis diocesis, quod Johannes Lobeck, Henricus Venstormacker dictus Graszhoff, Tylo Gronow consules veteris opidi Quedeliniborch, et Johannes Tzallersleve, Bertraz<sup>1</sup> Vorlopp, opidani dicti opidi, et quidam alii clerici et laici in civitate Halberstadensi et dicta diocesi commorantes super quibusdam immobilibus in dicta diocesi consistentibus mobilibusque bonis fructibus redditibus pecuniarum summis ac rebus aliis ad dictum monasterium legitime spentantibus<sup>2</sup> injuriantur eisdem et quasdam alias graves injurias 5 ipsis irrogarunt pariter et jacturas. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis qui fuerint evocandi et auditis hincinde propositis, quod justum fuerit, appellatione remota decernas faciens, quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari, proviso, ne auctoritate presentium in dictum opidum interdicti sententiam proferas, nisi super hoc a nobis mandatum receperis speciale. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel 15 timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto septimo Idus Junii, pontificatus nostri anno octavo.

Original mit Bleibulle im Staats-Archiv zu Magdeburg s. R. Stift Quedlinburg C, I, 148. 20

**418.** *Hermann Greve, Cantor des S. Severistiftes in Erfurt, entscheidet Namens des päpstlichen Stuhles, dass die Besetzung der Rectorstelle an der Schule S. Benedicti in Quedlinburg der Aebtissin daselbst zustehe.*

1454. Juli 3.

25

Hermannus Greve, cantor ecclesie sancti Severi Erfordensis Maguntine dioecesis, executor ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputatus, universis et singulis dominis abbatibus prioribus prepositis decanis scolasticis cantoribus thesaurariis custodibus archidiaconis canonicis tam cathedralium quam collegiarum parochialiumque 30 ecclesiarum rectoribus plebanis viceplebanis presbiteris vicariis altaristis clericis notariis et tabellionibus publicis quibuscumque per civitates et dioeceses Magdeburgensem Halberstadensem Brandenburgensem ac alias ubilibet constitutis et presertim plebanis et divinorum rectoribus in Quedelinborg ceterisque pro presentium execuzione facienda requisitis 35 salutem in domino et mandatis nostris ymmo verius apostolicis firmiter obedire. Litteras reverendissimi in Christo patris et domini, domini Petri, tituli sancti Vitalis sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis, Augustensis vulgariter nuncupati, transsumptum apostolice bulle in se continentis, ejus vero sigillo oblongo de cera rubea glauce impressa, 40 in cordula rubea impendente sigillatas sanas integras nec in aliqua sui

1) So. — 2) So.